

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2896

Auteur(s) : Lisieux (official)

Bénéficiaire(s) : Saint-Hymer, Saint-Hymer-en-Auge, dépendance Le Bec (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1254, 19 décembre

Action juridique : règlement conflit

Langue du texte : latin

Analyse

Jugement de l'officialité de Lisieux, par lequel le prieur de Saint-Ymer est maintenu dans la possession de la dîme du bois d'Aptot, contre Regnald du Bosc, chevalier.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bréard Charles, *Cartulaires de Saint-Ymer en Auge et Bricquebec, publiés avec notices*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard, 1908, n° LXXII, p. 42-43.

Texte établi d'après a

Omnibus præsentis litteras inspecturis, officialis Curia Lexoviensis subdelegatus a capitulo sancti Mellonis de Pontisara iudicis a Domino Papa delegati salutem in Domino. Noveritis quod cum proponerent in jure viri religiosi prior et conventus Sancti-Ymerii, cum autoritate virorum religiosorum ablati et conventus de Becco-Helluini, quorum idem prior et procurator erat, contra Reginaldum de Bosco, militem, quod cum dicti religiosi Sancti-Ymerii essent ac fuissent in possessione, velut quasi nomine sui prioratus percipiendi et habendi decimam pretii nemorum dicti militis de Apetot qui vendebantur, et dictus miles vendidit tantum de nemoribus suis prædictis quod ipsi nomine decimæ debebat persolvere eisdem sex libras turonenses et quindecim solidos ratione possessionis, velut quasi prædictorum religiosorum ipse dictam decimam contra eorum voluntatem ad se retinebat, et persolvere recusabat, seu detinere faciebat, seu detemptionem nomine suo factam ratam habebat, dictos religiosos sua possessione, velut quasi taliter spoliando ; unde petebant dicti religiosi Sancti-Ymerii, nomine sui prioratus prædicti, dictum militem condempnari compelli ad restituendam sibi suam possessionem velut quasi cum sua causa, videlicet cum sex libris turonensibus. Lite super premissis legitime contestata, jurato a partibus de calumpnia, seu de veritate dicenda factis questionibus, et responsionibus ad easdem. Testibus ex parte dictorum religiosorum productis, receptis juratis, et diligenter inspectis, omnibus que rite pactis juris ordine in omnibus observato, dictis partibus coram nobis præsentibus : videlicet dictis religiosis per procuratorem sufficienter instructum et dicto milite personaliter, et jus sibi reddi petentibus, communicato prudentum virorum consilio, dictum militem præsentem ad restituendum dictis religiosis Sancti-Ymerii suam possessionem, velut quasi cum sua causa, videlicet cum sex libris, et quindecim solidis turonensibus per deffinitivam sententiam condempnamus ipsum eadem sententia in expensis legitime condempnatis. Actum anno Domini M. CC. L quarts, die Sabbati ante Nativitatem Domini.

SILVESTRE GOBART, roth.